

Decian, & omnes alij quorum memini *suprā n. 8.* ex rationibus, quibus in *præsenī* Domin. Covar. innitur, quem ceteri sequuntur. Ad fundamen-  
tum contrariae opinionis posset respondere ex Abulens. *ubi proximē*, qui assertor Templum in lege Moysi, non fuisse à Deo Asylum constitutum, cu-  
jus opinionem probabilem dicit Suarez. *n. 10.*

Sed tenendo communem adversus Abulensem, quam Suarez, Becan. & alij probant dicendum est, quod immunitas illa ad præcepta judicialia, seu cærimonialia pertinebat, Suarez, & Decian, *ubi proximē*. Bonac. *d. punct. 16. §. 2. n. 2. vers. Quod* verò, Beyerlinck in *theat. vit. human. verb. Asylum, colum. 3. lit. C. versicul.* Olim, tamen, Quæ omnia morte Christi expirarunt, ut præfati DD. docent, Delbene *suprā*, *d. c. 16. dubit. 2. n. 5. & dixi lib. 1. c. p. 17. n. 8.* Nec per Ecclesiam, vel alium suscitatari possunt, ut vim legis divinae obtineant, sic tam-  
en ut tanquam de novo instituta observentur, & tunc nullam majorem obtinebunt autoritatem, quam potuerit illis novus legislator tribuere, ut observari, *d. cap. 17. n. 11. 12. ubi ostenditur, quomodo hoc fieri licet.* Hinc sit quod immunitas Imperatorum fuisse statutam, quam sacris Canonibus stabilitam, ut notat Suar. *n. 14.* quod mani-  
festè comprobatur, facta computatione temporum, quibus Canonica, & civiles constitutiones ad hanc rem spectantes fuerunt editæ: & forsan hoc provenit ex eo, quod apud Romanos Imperator immunitatem Deorum Temporis concedebat, non Pontifex, Decian. *d. c. 25. n. 5.*

Ibi: *In suis Deo, quasdam Civitates constitu-*

*12 Ita fatentur communiter omnes: nam ut Suar. n. 11. inquit, neque tale ius scriptum habemus, neque ab Apostolis traditum, cum talis traditio apud Patres non sit, neque alia probabili via ostendi posse; Delbene *d. dubit. 2. n. 8.* Decian. *d. n. 2. in fin. Bonac. ubi proximē*, Bobadill. *d. n. 3. circa fin. & alij laudati sup. n. 8.**

Ibi: *Quia à Christo Iesu nulla lex.*

*13 In lege gratiæ nullum præceptum imposuit Dominus Iesus, quod naturale non sit, nisi de fide, de Sacramentis: & de Sacrificio, cætera suis Vicariis disponenda reliquit. Suar. & alij omnes proxime allegati, & dixi *d. cap. 17. n. 33.**

*14 Admonendi tamen sumus, immunitatem Ecclesiæ, juris divini, latè loquendo, duplicitate dici posse; vel limitare, quia Ecclesiasticum jus legi divinam veterem imitatum est, Abulens. Suar. Decian, *ubi proximē*, vel quoniam Ecclesia à Christo Domino potestatem constituendi hujusmodi immunitatem accepit, & ea est valde conveniens generali voluntatem ipsiusmet Christi, qua voluit omnia in Ecclesia sua ordinatè disponi, & sancta sanctorum tractari. Itaque immunitas mediata, & remota, juris divini dici potest; sic Suar. *d. n. 11.* Ex quibus intelligitur Trid. *s. 25. cap. 20.* *ibid. Ecclesia, & Ecclesiasticarum personarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonici sanctionibus constitutam. Vide sup. n. 9.**

Vers. *Tertia conclusio.*

*15 Immunitas Ecclesiæ est juris positivi Ecclesiastici, quæ sanctæ, ac justæ sacræ Canonibus statuta est: quod probatur preter textus, quos D. Covar. statim adducit ex *cap. eos qui, 87. distin-* *ex conf. Aranscan, 1. c. 5.* Trident. *d. cap. 20.* Bulla Bobadill. *n. 16.* At nihilominus maxime oportet ut jus*

gregor. *XIV. edita 28. Maii 1591.* quæ incipit: *Cum alias nonnulli, & notant Suar. d. cap. 8. n. 11.* Decian, *sup. Becan. d. cap. 19. num. 9.* Bobadill. *ubi sup. Delbene n. 1. Guttier. practicar. lib. 1. capit. 1. n. 9.* Bonac. *d. c. 16. §. 2. num. 1.* Beyerlinck *ubi proximē*, *Goni suprā, num. 6.* Guazzin. *numero 2.* Pellizzar. *d. c. 16. §. 2. num. 1.* Bejerlinck *ubi proximē*, *Goni suprā, num. 6.* Guazzin. *numero 2.* Objiciuntur verò aliqua argumenta, quibus probari videtur, immunitatem Ecclesiæ non esse justæ, & legitimè introductam Canonici sanctionibus, quæ adducit & diluit Delbene *ex n. 9.*

A quo tempore immunitas hæc initium habuit, non constat: probabile verò est, cum Temporum solemnis dedicatione incepisse sub Imperio Constantini, quoniam tunc primò Ecclesia Christianorum publicè aedicari coepérunt, in modo ab eodem imperatore introducta dicitur, de quo Suar. *n. 12.* Bobadill. *sup. n. 16.* Est tamen observandum, immunitatem prius constitutioribus Imperatorum fuisse statutam, quam sacris Canonibus stabilitam, ut notat Suar. *n. 14.* quod manifestè comprobatur, facta computatione temporum, quibus Canonica, & civiles constitutiones ad hanc rem spectantes fuerunt editæ: & forsan hoc provenit ex eo, quod apud Romanos Imperator immunitatem Deorum Temporis concedebat, non Pontifex, Decian. *d. c. 25. n. 5.*

Ibi: *In suis Deo, quasdam Civitates constitu-*

Hæ refugij Civitates fuerunt sex, ex quadraginta octo, quæ Levitis & Sacerdotibus in divisione terræ Promissionis datae sunt; tres erant circa Jordaniem, Cedès in Nephtali; Sichem in Ephraim: Hebron in Juda. Tres aliae ultra idem flumen; Bosor in Ruben; Ramoth in Galaad; Gaulon in Manasse; ut constat Jos. *cap. 20. vers. 7.* Omnes æqualem spatio inter se distabant, Deuteronom. *19. vers. 7.* Erantque in montibus sitæ, ut eminens videri possent, excepta Bosor, quæ erat in plano, sed in loco parente, & conspicuo. Jos. *cap. 10. vers. 8.*

Ad eas urbes configere poterant, qui abique dolo quemquam occiderant, hocque coram sententiis urbis probare tenebantur, ut admitterentur, *d. cap. 20. vers. 2.* Ibiique manebant usque ad obitum Pontificis, tunc viventis, posteaque tunc dominum suam revertentes, alioqui si ante id tempus Civitate exirent, poterant à propinquis occisi interfici. *Nu. 35. vers. 25.* Excipiebatur autem unus casus, quo statim occisor liber, ac securus mittebatur, cum scilicet quis se justè defendendo aggressore perevererat, ut docent Cornel. à Lapid. *in d. cap. 35. vers. 15.* Abulens. *sup. d. cap. 20. q. 1.* Serap. *ibidem. quæst. 2.* Becan. *d. cap. 19. n. 8.* Pet. Greg. *syntagm. lib. 33. cap. 21. n. 15.*

Quæstionis est, an Gentilibus ius esset Afyli? affiant Malius, & Magliar. Negant Abulens. & Serrari. *sup. d. cap. 20. Jos.* quibus accedere videtur Becan. *n. 7.* qui alios referit.

Ibi: *Qui expressius convenit ius Civilis.*

Hoc ipsum notant Suar. Goni, Decian. Delbene, *19* Bobadill. & alij *sup. laudati*, est tamen animadver-  
tendum, quod licet laudabiliter faciant Principes seculares statuentes in favorem Ecclesiasticæ immunitatis; hoc absoluè necessarium non est, cum Ecclesia valeat per se talè privilegium, Templis intuitu Religionis concedere, & fideles ad ejus observationem astringere: Suar. *n. 13. 14.* Bobadill. *n. 16.* At nihilominus maxime oportet ut jus

Jus Ecclesiasticum principalibus decretis roboretur, ne quis audeat Ecclesiæ immunitatem violare, timens & spirituales, & temporales penas incurere.

Ibi: *His accedit, quod & apud veteres.*

*20 De Asylis plura congerit, Beyerlinck, *d. c. 16. §. 2. num. 4.* Pet. Greg. *d. cap. 21. à principio,* ubi de peccatis violentiis Asylorum immunitatem.*

*Ad Num. 4.*

Ibi: *Primus omnium Asylum.*

*21 Aliqui afferunt, primum Asylum Athenis constitutum ab Herculis prognatis, ut ibi se ab inimicis genitoris tuerentur, Stat. lib. 12. Thebaeus, Bobadill. *d. c. 16. §. 2. num. 4.* Beyerlinck. *sup. colum. 1. lit. A. vers. Primum Cadamus,* Decian. *num. 3.* Pet. Gregor. *num. 10.**

Ibi: *Hujus exemplum Romulus.*

*22 Asylum hoc construxit Romulus inter Arcem, & Capitolum, in loco dicto, *Intermentio*, ubi colebatur Deus *Ayleus* vocatus, & nescitur, quis ille esset Beyerlinck *lit. H. vers. Romulus,* Bobadill. *d. c. 16. n. 4. in fine,* ejus meminit Pet. Gregor. *n. 9. in fin.**

Ibi: *Fitque Asyli menio apud Jurisconsultos.*

*23 Jacob. Rævard. varior. l. 1. cap. 6. Ulpiani verba in l. 2. ff. de ius vocand, quæ ita se habent: Neque eos, qui propter loci religionem inde se movere non possunt, refert ad immunitatem Afyli ac legendum putat; se moveri non possunt: At si diceret Consul: five Afylo sunt quia propter loci religionem invitati ad judicium duci non possunt. Quod eruditè probat, addens, etiam servis ius Afyli commune fuisse.*

*24 Verum etiam feris Asylum esse fertur, ut in Parthenio monte Panos locus quidam, *Aula* nuncupatus, quo si feras fugitives pervenientib, à leonibus, aut lupis eas infectantibus liberabuntur; nam hi præscriptum locum ingredi rapinae cauta non audebant. Idem narratur canibus contigisse in montibus, quos Græci *Menadas* vocant, Venatoribus quoque noti permittebatur intra lucum Diana feras perseguiri, ut ex Aristotele, & aliis refert Decian. *n. 3.* Bobadill. *n. 4. in fine,* Beyerlinck. *lit. G. vers. In Parthenio, colum. 1.**

*Ad Num. 3.*

*25 Quoties dubium circa immunitatem Ecclesiæ occurrit, etiam in foro seculari potius standum est juri Canonico, quæm laicorum Principum constitutionibus, Decian. *d. cap. 25. n. 6.* Guazzin. *sup. n. 8.* Farinac. *in præx. crimin. tom. 1. quæst. 28. n. 6.* Tusch. *lit. I. conf. 59. nu. 10. 26.* Delbene *d. cap. 16. dubit. 5. ex n. 3.* Guttier. *practicar. lib. 3. c. 5. n. 4.* Curtelli. *de immunit. Ecclesiæ. 1. q. 3. 2. n. 27.* Cur. Philippic. *tom. 1. part. 3. s. 12. n. 49.* Boët. *de cij. 109. n. 3.* Ratio est, quoniam hæc materia Ecclesiastica, quæ pertinet ad Religionem, cum debitus honor, & reverentia locis Deo dicatis exhibantur, atque ita principaliter circa eam Pontifex jurisdictionem habet, cuius leges quoad hoc vim majorum obtinent, quæm Principum constitutiones, Suar. *n. 14.* Sed advertendum est, quod, si dubia sit aliqua juris Canonici dispositio, circa immunitatem*

tem, ea pars sequenda erit, quæ lege aliqua civili Principis Catholici comprobata reperiatur, Decian. *ubi proximē*, Farinac. *de immunit. c. 2. n. 31.* Delbene *ex num. 5.* qui post Farinac. notat, eam declarationem, seu interpretationem per judicem Ecclesiasticum fieri debere; quod non videtur necessarium, cum laicus de immunitate cognoscit, veluti apud nos in Cancelleriis, ac Supremis Tribunibus Regius, per viam violentia.

Ut Ecclesia immunitate gaudeat, sufficit autho-  
ritate Episcopi constructam esse, licet consecrata non sit; Suar. *d. c. 16. lib. 3. cap. 9. nu. 1.* Delbene *dubit. 9. à principio.* Gregor. *Lop. in l. 4. glof. 2. tit. 11. part. 1.* Sanch. *conf. moral. 1. 6. cap. 1. dub. 7. n. 2.* Jul. Clar. *in præx. crimin. §. fin. quæst. 30. n. 4.* Fillicus. *tratt. 15. cap. 6. quæst. 5. n. 150.* Farinac. *d. quæst. 28. n. 346.* *¶ de immunit. cap. 17. num. 26.* Bonac. *d. quæst. 3. punct. 16. §. 4. n. 2.* Guazzin. *d. defens. 1. cap. 37. nu. 2. 3.* Tusch. *lit. I. conc. 59. n. 24.* Paz. *in præx. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. n. 24.* Cur. Philip. *sup. n. 1.* Bobadill. plures referens; *d. c. 14. n. 49.* Pellizzar. *n. 4.*

Ex quibus regula constituenda est, quod ad hujusmodi immunitatem nihil aliud requiritur, nisi quod locus per Praelatum dicetur ad Divinum cultum, quod fieri solet per impositionem sollemnam primi lapidis in templi aedificatione, quare curandum non est de benedictione, aut Sacrorum celebratione ad hunc effectum. Ita etiam cum pluribus Dian. *part. 6. tratt. 1. resolut. 1. vers. Verum ad confirmationem, sermon. sup. lib. 3. c. 16. à numer. 23.* Ludovic. Correa in *relation. d. cap. inter alia. part. 2. numero 8. de immunit. Ecclesiæ.* Pellizzar. *ubi proximē.*

Quod ita verum est, ut, si antequam aedificium perficiatur, delinquens configerit ad locum, ubi Ecclesia construitur, immunitate gaudeat, Dian. *ubi proximē*, Farinac. *de immunit. cap. 17. nu. 26.* Delbene *dubit. 9. sct. 2.* Pellizzar. *sup. numer. 4.* qui *num. 7.* idem de monasterio probat, Abbas *in cap. Ecclesiæ, num. 5. de immunit. Ecclesiæ.* Sanch. *de matrimoni lib. 9. diff. 15. num. 39.* Ancharr. *in d. cap. Ecclesiæ, n. 1.* Mari. Italia *lib. 1. cap. 4. §. 3.* *n. 15. cum s. qq.* Qui limitat, si cessatum sit in aedificatio: quam limitationem meritò rejiciunt Dian. Delbene, Farinac. Sanch. *ub. proximē*, Caff. Palao. *tom. 2. tratt. 11. diffus. 1. pu. ff. 6. n. 4.* Erit tamen admittenda, si ita opus de relictum fuerit, ut nulla subsit spes, quod in posterum perficiatur, sicut de aedificio Sacro diruto dicitur; quod si restituvi spe, immunitatem non caret, alia fecit, Dian. *cum aliis sup. vers. Verum affirmativæ,* Farinac. *nu. 260.* Delbene *sup. sct. 5.* Tusch. *lit. B. conc. 9. num. 10.* Sanch. *ub. proximē, num. 37.* *¶ d. dub. 7. num. 2.* Bobadill. *ubi sup. Italia d. §. 3. n. 4.* Bonac. *sup. nu. 4.* Decian. *num. 22.* Goni. *fol. 95. ampliat. 20. col. 3. n. 5.* Paz. *nu. 38.* Clar. *num. 6.* Guazzin. *num. 34.* Pellizzar. *sup.* Qui omnes docent quod, si Ecclesia, destruitur auctoritate Episcopi, alteriusve Praelati habentis potestatem; aut absque ea, sed sublata reaificationis spe, locus immunitatem amittit: non sic quando Superioris auctoritas non intervenit, & speratur aedificium restituendum; tunc enim licet funditus Templum evertatur, locus ipse asylum delinquentibus adest; de quo disputat Goni *sup. ex num. 1.*

Ecclesia itidem polluta nondum reconciliata immunitatem fugientibus praefiat, Delbene *sct. 3.* Farinac. *d. c. 17. num. 29.* Suar. *nu. 6. ubi* *gationem*

rationem reddit, Tusch. d. conc. 9. n. 9. Diana sup. vers. Nota secundo, Mar. Italia num. 7. Bonac. d. §. 14. n. 3. Pellizzar. sup. Similiter interdicta Ecclesia non privatur immunitate, Suar. Dian. Bonac. Tusch. Italia, ubi proximè, Farinac. num. 259. & d. quest. 28. n. 35. Delbene dict. 4. Clar. n. 5. Decian. num. 20. Guazzin. num. 33. Cur. Philip. num. 15. Pellizzar. d. n. 4. Quod limitat Decian. quoad eos, propter quos locus interdictus est, sed ejus sententiam improbat Dian. guazzin. ubi proxime, Peregrin. de immunit. cap. 4. num. 14. & alij communiter, Ratio est, quia per pollutionem, vel interdictum, sanctitas loci non amittitur; nec in iure reperitur cautum, quod propter illa, Ecclesia immunitate careat, licet veritum sit Divina officia ibi celebrare; hoc enim cum penale sit ampliandum; non est. Videantur Suar. & Delbene sup.

Idem scribit de Ecclesia constituta in Civitate ab hostibus infidelibus capta, Guazzin. numero 32. post Decian. d. lib. 6. cap. 24. num. 25. Quod limitari potest, quia si Ecclesia ad impios ritus, vel usus profanos deferviat, perinde est, ac si absque spe reædificationis esset diruta, quemadmodum enim locus hoc casu immunitatem amittit, et quod ibi Divina celebrari non possunt, nec subest ipses quod celebrentur; ita materiale ædificium profanarum, cum Divinus cultus in eo reddi non possit, nec probabiliter speretur quod reddatur, immunitatem non obtinebit; pro quibus facit l. cum loca 36. ff. de religijs. & sumpt. funer.

Poſt tamen jure Guazzini opinio sustineri, si Templum non eſſe profanitate pollutum, cum non perdat sanctitatem ex eo ſolum, quod apud infideles fit; & quanquam Divina peragi non liceat, hoc eſt per accidens, non ex defectu loci. Nec refragatur dict. l. cum loca. Cui respondentum eſt, tum quod fundatur in præſumptione, quoniam ſacra loca profanata ab hostibus credebantur, tum quod Ethnici ſacra profana fieri putabant, quia eorum dominium ad homines jure belli tranſerebatur, & ſacrorum natura repugnabat, in bonis alicuius eſſe, cum nullius in bonis eſſe dicerebant; l. i. l. in tantum 5. f. Sacre, ff. de rer. diviſ. Nos autem veri Dei cultores, qui ſcimus ejus eſſe terram, orbem terrarum, & universos, qui habitant in eo, Psalm. 23. conſequenter fatemur, loca ſacra, eſi apud infideles ſint, ſub ſpeciali Dei domino permanere, donec per aliquos actus, vel uſum profanentur, atque ita indigna fiant, ut ibi Divina peragantur, ad quod dicata fuerunt. Imò ex præmissis dicendum videtur, quod si Ecclesia profanata ad Christianos redeat, ut immunitate gaudeat, debet denuo per Prælatum ad Divinum cultum destinari benedictione, vel alio quovis actu, per quem reſtituta, & reconciliata ceneſatur, licet ex d. l. cum loca, contrarium colligatur, quae quaſi jus poſt limini locis Sacris competere ait.

Ibi: Tamēſi plurimum hac in re valeat conſuetudo.

30 Quod immunitatem Ecclesiārum plurimum vallet conſuetudo, quae maximè attendenda eſt, Suar. d. cap. 9. n. 7. cum seqq. Farinac. d. quest. 28. num. 12. Fagund. part. 2. lib. 4. cap. 4. n. 61. Clar. d. quest. 30. n. 1. cum aliis, Bobadill. d. cap. 14. n. 22. in fine, Marta de jurisdictione, part. 2. cap. 51. n. 23. Paz sup. n. 25. August. Barboſ. de jur. Ecclesiastic. univers. lib. 2. cap. 3. n. 82. Fontanella decision. 200. 201. Decian. dict. lib. 6. cap. 28. n. 6.

31 Sed contrarium: ſcilicet non eſſe conſuetu-

dini ſtandum; qua eſt adverſus Ecclesiasticam immunitatem, tuentur Bonac. dict. qu. 3. punt. 16. §. 15. n. 2. Guazzin. d. defens. 1. cap. 34. n. 5. Delbene dubit. 6. ex n. 3. qui priorem ſententiam probabilem fateretur, à n. 23. curtier, praticar. lib. 1. quest. 1. nn. 11. 12. Dian. part. 6. trah. 1. resolut. 29. Goni fallent. 27. n. 6. fol. 106. col. 1. & alij apud Delbene numero 22. qui ibidem, & Diana sup. teſtantur, nominatum contra D. Covar. tenuiſſe S. Rotam 20. Julii 1636.

Pro quarum opinionum conciliatione, placet 32 diſtinzione communiter probata, qua eſt haber, non poſt conſuetudine introduci, ut in aliquo loco Ecclesia proſrus caret immunitate, cum hoc ſit irrationabile, & contrarium bonis moribus, ac reverentiae, qua eſt Tempis Deo conſecratis debetur; argument. cap. fin. de conſuetud. Ben. tameſi permifſum eſt, ne in aliquo caſu, vel loco, reus immunitate Ecclesiastica gaudeat, ſi ita conſuetudo legitime præſcripta obtinuerit, qua ex rationib[us] cauſa poterit ſuſtineri; ut agens de immunitate Ecclesiastica quoad perfonas Clericorum, reſoluit D. Covar. praticar. cap. 31. n. 5. quem ſequuntur Caſtil. de Terriis, cap. 12. n. 34. Garcia de Nobilitate, glof. 9. à n. 44. Farinac. in prax. qu. 8. n. 3. Gratian. diſceptat. cap. 340. n. 39. Cened. in Can. quest. 4. n. 3. Selle de inhibit. cap. 8. §. 3. n. 146. 147. 155. 156. Pereira de man. Regia part. 2. cap. 69. n. 19. Roderic. de ann. reſidib[us]. lib. 1. cap. 12. n. 58. 62. 63. Clar. d. §. fin. quest. 30. n. 3. Qai, & alij plures docent per conſuetudinem poſſe immunitati Ecclesiastica in aliquo caſu particulari derogari. Vide Lotter. de re beneficior. l. 1. q. 13. ex n. 76.

Est quæſtionis, an per Bullam Greg. XIV. & Concil. Trident. d. ſeff. 25. c. 20. fuerint ſublata 33 omnes conſuetudines ante legitimè præſcripta: & quo Delbene dubitat. 7. qui cum pluribus affirmat, eti alij negativam ſuſtineant, quoſ idem refert, n. 3. vers. Quā inviſis contrariam; & circa omnia præmissa confulas Bonac. Guazzin. sup. Delbene dict. dub. 6. & 7. Dian. dict. resolut. 29. In Hispania vero eam Bullam, uſu non eſſe receptam teſtantur. Portell. in dubiis Regular. verb. Eccles. immunitas n. 9. Dian. part. 1. trah. 1. resolut. 39. atque ita conſuetudines legitime præſcripta obſer- vantur absque dubio.

Ibi: Et preterea præcavendum;

Immunitatem Ecclesiārum ſtrictè eſſe interpre- 34 tandam, ne improbi ea freti delinquendi occaſionem arripiant; cum D. Covarruvias docuerit Currell. ſuprā, quest. 4. n. 28. Decian. d. c. 28. n. 6. Bobadill. num. 93. Paz. n. 26. Farinac. d. q. 28. n. 73. Clar. d. q. 30. n. 3. vers. Hujusmodi autem.

Oppofitum vero pluribus placet, qui ea ratione moventur, quoniam agitur de favore Ecclesiæ, qui ampliandus eſt, non obſtante, quod privilegium fit, cum corpori juris iuſtum reperiatur; Delbene dub. 3. Suar. dict. cap. 9. n. 1. 3. Marc. Ant. genuen. in prax. Archip. Neap. op. 22. numer. 2. in fin. & cap. 94. Mar. Ital. Sicil. decis. 156. n. 412. Pelliz. sup. Sed dici potest in delictis atrocissimis immunitatem reſtringere oportere, ut D. Covar. videtur.

Hinc dubitari ſoleat, an qui committit similia, 36 vel atrociora crima, quam in jure, ſive in d. Bulla greg. XIV. excipiuntur, immunitate privetur per reſtrictionem privilegij, & exceptionis extenſio- nem? de quo inſtr. n. 147.

Ibi:

Ibi: Cum oporteat audaciam reprimere.

37 Hoc notant laudati sup. numero 34. quibus addit. Guazz. dict. cap. 34. n. 1. Pet. Gregor. Syntagm. lib. 33. cap. 22. num. 3. Ex hac ratione Tiberius Cæſar omnibus Aſylis immunitatem abſtulit, quam poſte a ſolum Samiæ, Junonis, & Aſculapij delubris reſtituit, Bobad. n. 6. Tacit. lib. 3. Decian. sup. c. 25. num. 5. Bairard. ad Clar. d. q. 30. n. 22. Beyerlinck. sup. col. 4. vers. Tiberius Cæſar. Hinc Aug. Cæſar. Ephesiæ Diana Aſylum irruſum fecit, quoniam pluriſimi ad illud conſugiebant, Beyerlinck vers. Augustus Cæſar, ex Strabon. lib. 14. & Sylv. lib. 77. Aſie. Hinc Sixtus V. domibus, ſeu palatiis Cardinalium immunitatem fuſtaliſt, Bairard. sup. numer. 33. Quapropter juſte invenit poſt plures, quoſ allegat Bobadill. sup. n. 93. &c. 18. n. 109. in Judices Ecclesiasticos, dum conſugientes ad Eccleſiam indiſtincte tueri conantur, etiamſi criminis excepta perpetraverint, qui teſtatur, nunquam per viginti quatuor annos, quibus judicandi minere functus eſt, vidiffe, Iudicem Ecclesiasticum ſe niſi compulſum inhibuiſſe.

Ibi: Qua ratione aliquot in urbibus.

Alicubi conſuetudine recepturn eſt, ne loca pia 38 gaudeant immunitate, in quibus Augustiſ. Euchaſtiſ. Sacramentum continuo non exiſtit, ut praeter D. Covar. obſeruat Farin. dict. quest. 28. n. 69. Guaz. c. 37. n. 5. Clar. d. q. 30. n. 3. vers. Hujusmodi. Imo jure deſiderari continuam. Sancti, Sacramenti obſervatione ſentunt Germ. lib. 3. cap. 16. n. 26. Tuschi. lit. E. conc. 9. n. 19. Sarpi. de Aſyl. immunit. cap. 4. fol. 39. quoſ laudat Delbene aub. 9. ſc̄t. 1. n. 4. vers. Nonnulli tamen; & inter eos D. Covar. praeferti, & Clar. ubi proximè, enumerat; qui tamen ſolum aſcrunt ita ab aliquibus Praefatis obſeruantur, ut poſſit de conſuetudine, quād de jure; ſecundum quod verum eſt, Templo immunitate gaudere, etiamſi illud venerabile Sacramentum, ibi perpetuo non cuſtodiatur, ut reſolunt praeter Delbene, Farin. sup. n. 34. & de immunit. c. 17. n. 254. Dian. p. 6. trah. 1. reſol. 1. vers. Ad id vero, Mar. Ital. l. 1. c. 4. §. 3. n. 5. Caſtr. Palao sup. trah. 11. punct. 6. n. 2. Bonac. sup. §. 4. n. 2. Gambac. lib. 3. c. 4. & 5. ubi conſuetudinem in contrarium reprobant, cui accedit Dian. ſed ea à plerisque probatur, & exprefſim à Delbene n. 3.

Vers. Tertiò, conſtat.

39 Quid nomine Ecclesiæ comprehendatur, cum de immunitate locali, quoad delinquentes agitur? exponunt Suar. d. l. 3. c. 9. Decian. c. 24. Dian. d. ref. 6. Bonac. d. §. 4. Delbene dub. 9. Clar. d. q. 30. Bobadill. cod. c. 14. Pelliz. sup. num. 4. & alij sup. laudati. Ex quibus conſtar hospitalia, Monasteria, & alia quevis loca peia Episcopi authoritate conſtructa habere immunitatem, non ſolum in locis ipſis, ubi Sacra fiunt, ſed etiam in omnibus, qua eſt intra ſepa Ecclesiæ, Monasterij, aut hospitalis conſtinuerit, ut clauſtra, horti; Dian. sup. ref. 6. vers. Et tandem, Suar. n. 6. Farin. c. 17. n. 268. Palao n. 18. Paz. sup. n. 32. & alij apud Delbene ſc̄t. 11. ubi quid de turri ſeparata à fabrica Ecclesiæ, ubi ſunt campanæ? & non gaudeare immunitate reſoluit, ut nec Grangia, ſive parvæ domus Religioſorum; quod docuit Barboſa d. lib. 2. de jur. univers. cap. 3. n. 74. 75. vide Pelliz. num. 6.

40 Est notandum. Primum, immunitate defendi

eum, qui ſuprā tecum loci ſaci constituitur, cum intra ambitorum ejus ſit, Delbene ſc̄t. 6. numero 9. Suar. n. 8. Farinac. dict. quest. 28. n. 14. & cap. 17. numero 272. Fagundez in precept. Eccles. precep. 2. lib. 4. cap. 4. n. 63. Mar. Italia d. cap. 4. §. 9. n. 24. Dian. part. 6. trahat. 1. reſol. 3. verſicul. Quid autem, ubi alij.

Secundum, Hoſpitalia immunitatem habere, ſi Episcopi authoritate conſtruantur, quamvis in illis nunquam divina celebrentur, Tusch. lit. E. conc. 10. num. 2. Dian. dict. reſol. 6. vers. Dicendum eſt igitur. Guazz. dict. defens. 1. cap. 37. n. 28. Ciatlin. conſtruens forens. cap. 116. per tot. Delbene ſc̄t. 10. num. 4. Tertium quid eſti non conſtet, Hoſpitalē vel Capellam, vulgo Hermita, aliumve locum Religioſum Episcopi authoritate fuſile fundatum, tamen ſi campanile habeat, & publicè in eo divina peragantur, privilegio immunitatis gaudebit, cum diu ita obſeruantur eſt, & Praelati conſensu comprobatum, nam ex diuinitate temporis authoritas Episcopalis in eratione interueniſſe preſumuntur, Decian. d. cap. 25. n. 19. Dian. dict. reſol. 1. vers. Sed non eſt verum, Goni fol. 87. ampliat. 1. numer. 9. Bonac. dict. §. 4. n. 15. Sanch. de matrimon. lib. 9. difſ. 15. n. 59. & alij.

Ad Num. 5.

Ecclesiæ immunitas ultra ſepa intra 30. vel 40. 41 paſſus de jure extendit, ita ut intra id ſpatium delinquentes capi non poſſit: hoc veſto de conſuetudine non ſervatur, de quo Gregor. Lop. in l. 2. glof. 5. tit. 11. part. 1. Delbene omnino videndus, dict. dub. 9. ſc̄t. 8. Farinac. d. q. 28. n. 14. & de immunitat. cap. 18. num. 284. Suarez sup. num. 8. Germon. d. lib. 3. cap. 16. n. 38. Bonac. ubi proximè, n. 6. Clar. n. 2. Dian. reſol. 2. per totam, Bobadill. n. 81. Decian. cap. 24. n. 29. & cap. 25. n. 9. Pellizzar. ſuprā. n. 3. Pet. Gregor. n. 4. Guazzin. ſuprā. n. 6. Tusch. d. conſlus. 10. num. 4. §. ubi negat conſuetudine poſſe immunitatem quoad circuitum prædictum abrogari, quod nervose deſendit Diana alios reſervens. Sed a communi ſententia recedendum non eſt, quam praeter omnes feri proximè laudatos, amplectuntur Palao ubi proximè n. 15. Navarr. in man. c. 25. num. 18. Fagundez dict. cap. 4. n. 61. Ambroſin. c. 10. n. 4. Delbene dubitat. 6. n. 25. Paz ſuprā. n. 34.

Quod præfatam immunitatem ſciendum eſt, 42 Eccleſiam matricem, ſed Cathedralem habuiffi quadraginta paſſus ultra ſepa, intra quos delinquentes tūtuſ erat; reliqua veſto triginta duntaxat, c. ſicuſ antiquis 6. 17. q. 4. Suar. sup. Pelliz. n. 4. Delbene d. ſc̄t. 8. n. 1. Goni sup. num. 1. Decian. d. c. 25. n. 9. Qui paſſus dinumerabant olim à candelabro, quod erat in Eccleſiis. Oldr. conf. 55. quem refert Decian. ubi proximè, ſed a parietibus, vel ſeptis Eccleſiae ſunt numerandi, arque ita coſmeterium in illis paſſibus comprehenditur, Decian. c. 24. n. 29. Guazz. n. 10. 13. Bonac. ubi sup. licet Delbene n. 5. contrā ſentiat afferens, quod si coſmeterium ſit Eccleſiae contiguum, ab eo ſunt prædicti paſſus numerandi.

Hi paſſus habent immunitatis ius, ut delinquentes in Eccleſia non ſint ita reclusi, ut exire ad necessarios naturæ uſus abſque periculo non valeant. cap. definivit 35. 17. q. 4. Greg. Lop. sup. Delbene n. 8. qui n. 9. ex aliis notat, quid ſi intra eos paſſus non inveniret locum aptum, poſſet reuſus ulterius tutus progredi, ſtatimque reverti, ex quo ſit, ut, qui nunquam ad Eccleſiam peruenit, ſed